



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati
Caesarei, Pars Lyrica**

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

Ad Franciscvm Maidalchinvm, Card. Adolescentem; Phantasticorum
Academiæ electum Principem. Ode V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

8 IAC. ALB. GHIBBESII

Cur æui spatum breue
Non tendo meritis, atquè nepotibus
Viuam linquo potentiam?
Cur Nili calamis demoror amplius
Adscribi patriæ pater,
A Eternum validis fallere seculum?

AD FRANCISCVM MAIDALCHINVM,
CARD. ADOLESCENTEM;

Phantasticorum Academæ electum Principem.

ODE. V.

P Vrpura quid præstat, clarum genus, aut acerbus auri,
Sed esuē toto fulgurans Hydaspe
Trans famuli sublata caput gregis, ambiente summam
Stellante peplo, flore gentis imam?
Id nempe, vt densa videant face subditi potentem;
Tendatur index; confrematur, Hic est.
Sed bona, quo fremitu, sit cautio: sibilantis, annè
Plaudentis isdem vocibus ceteruæ.
Actus habet varium tantummodo. Sapientis fit index
Infamis, & laus stat probrofa nasi.
Atquè ira suspendisse Midam Phrygas asserunt onagruini,
Pella mquè doctos extulisse reges.
Flamma est, crede mihi, diues gradus: vt lucerna noctem,
Externa sic hæc explicant recessus
Pectoris humani, ponuntquæ palam latentis acres
Virtutis ignes, indolisue culpam.
Solem ex luce vetat quid cernere? Principemque in ostro
Ardente celsum mundus intuetur.
Viderit ipse oculum. Nos te tamen, hac virentis æui
Gemmâ, Srorum præsidem stupemus,
MAIDALCHINE, nouum Phœbi decus, arbitri prioris.
Diuumquæ proni muricem veremur.
Obscuro posthac discrimine nos Apollinare
Mutasse numen sentiemus omnes.

Vt

LYRICORVM LIB. I.

Vt iuuenis fuerit semper Deus, ac poësis auspex;
Inpubis & tu, fautor & Camæna.
Illi si Vranie, tibi Olympiæ barbiton canoris
Aptare neruis, & modis renidet.

AD S. FRANCISCVM DESALES,
EPISCOPVM GENEVENSEM.

In eius Apothœsi ab Alexandro VII. P. M. ritualibus
cæremonijs effata, celebratâque in basilica D. Petri,
19. April. 1665.

O D E . VI.

I Am plenis rutilat clarus honoribus,
Maiorique iubar fulgure proijcit,
Solis more librantis
FRANCISCVS medium diem.
Talem quippè, sator terrigenum, Deus
Fixit seposito cautiùs è luto
Cœli Herœa futurum;
Talem credere tradidit,
Solenni roseæ lampade gloriæ,
Præuectum populo sidera Pontifex;
Cui stat limen Olympi
Toto mobile cardine,
Quo mens cunquè volet nomine vertere;
Seù fontes abigit, siue merentibus
Dextrâ clave recludit
Axem coetibus aureum.
Hoç te iure sacris conspicuum insulî,
Baçcato lituo, & puniceâ stolâ
Immisit, bone Pastor,
AEterni indigetem poli.
Lux, nec mensis erit post Cytheriū;
Mutat festa dies turpia candidis;
Longè Flora facessat,
Cum Baçchœ valeat Ceres.

Hinc